Cretenſibus populis apud quos ſacris initiati ſuem immolabant, vt videre eſt apud Athenæum in cõuiuiis philoſopheis. Fabulantur enim ſuem olim præbuiſſe mammam Ioui, & grunnitu ſuo feciſſe ne infantis vagitus audiretur. Propterea magna ſuem veneratione coluerunt Cretenſes, & in ſue operati ſunt arcanum ſacrificium, imò ſuis carnes non eſitant. Vide Dipnoſophiſtam illum lib. IX. quem obiter illic emendandum puto cùm ait, καὶ οὖς τῶν κρεῶν δαίσαντο, lego enim καὶ ὗς κρεῶν οὐ δαίσαντο. Nam οὖς transpoſita litera ὗος. Sanè prima ex ſuibus data eſt hoſtia, aptum enim & idoneum ad ſacra illud animal, vel ipſum etymon arguit. Sus quaſi thus, vt teſtantur Athenæus, & Clemens Alexandrinus in Stromatis, ὗς, quaſi θῦς. nam θύω macto & ſacrifico, quia ad θυσίας accõmodum vt dixi. Quod etiam doctiſſimo Varroni viſum eſt in libris de re Ruſtica, cùm ait Pecoris immolandi initium ſumptum à ſuillo.

Σχόλια. Ω Ζεῦ κεραυνοβρόντα.] τοῦτο ὁ Ἑρμῆς φησὶν ἐπιβοώμενος τὸν Δία διὰ τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ καταλαβεῖν τοὺς ἀνασπῶντας τὴν εἰρήνην. Ναὶ πρὸς τῶν κρεῶν.] γέλωτος χάριν τοῦτο, ἵνα δείξῃ καὶ τοὺς θεοὺς ἡττωμένους ὑπὸ λήμματος. Αμαλδυνθήσομαι.] εἰ μὴ κατείπω ταῦτα τὰ πραττόμενα οὕτως ὑμῖν καὶ διαβάλω. τετορήσω ἀντὶ τοῦ σαφηνιῶ, ὅ ἐστι δηλώσω. τορῶς γὰρ σαφῶς καὶ ἀ-

A κριβῶς, ἐπίτηδες δὲ τραγικαῖς λέξεσιν ἐχρήσατο. τὸ δὲ ἀμαλδυνθήσομαι, ἀντὶ τοῦ ἀφανισθήσομαι. παρατηρητέον οὖν πρὸς τοὺς παρ' Ομήρῳ ἐξηγουμένους τεῖχος ἀμαλδύνας, ἀντὶ τοῦ ὁμαλίσας.

Bisetus. Λακήσομαι δὲ, μέσος μέλλων τοῦ λακεῖν, ὃ κατὰ τὸν Εὐστάθιον οὐχ ἁπλῶς τὸ φωνεῖν, ἢ λαλεῖν, ὡς οἱ τραγικοὶ διθυραμβικώτερον αὐτῷ χρῶνται, καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν Πλούτῳ,

Ο Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων,

B Αλλὰ ποιόν τινα ἦχον ἀψύχων σωμάτων δηλοῖ.

CHR. Πρὸς τῶν κρεῶν.] Iocularitet & conuenienter riſui excitando: cùm enim modò dixerit, πρὸς τῶν θεῶν, neque quicquam hac obſecratione profeciſſet, addidit maiorem cum alluſione πρὸς τῶν κρεῶν, vt nidore carnium munerúmque oblatione delectari Mercurium ſperemus, potiùs quã obteſtatione deorum. Αμαλδυνθήσομαι.] Cum affectatione verbum hoc vſurpat, vt duo ſequentia τετορήσω & λακήσομαι verè Tragicum ſpirantia maioríſque audaciæ quàm ſpiritus. Videtur autem inde Æſchulum ridere, qui hos verborum ſcopulos diligit, & poeta eſt verè στομφάζων, quiq; duobus verbis idem ſignificantibus ad faſtidium vſque ſæpè vtitur, quo nomine reprehenditur ab Euripide in Ranarum fabula.

C

ΤΡΥΓΑΙΟΣ, ΧΟΡΟΣ, Ερμῆς.

D TRYGÆVS, CHORVS, Mercurius.

Διπλῆ ἐκ στίχων, καὶ κῶλον ιζ.

Biset. Ο Τρυγαῖος τὸν χορὸν σιγῶντα, καὶ ἐκπεπληγμένον ὁρῶν θαρσύνει, καὶ μηκέτι σιωπᾶν, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας λαλεῖν κελεύει. τὸν δὲ Ἑρμῆν ἐπικαλεῖσθαι αὐτῷ ἵλαον παρεῖναι ἱκετεύει.

Τρ. Μὴ νῦν λακήσῃς, λίσσομαί σ' ὦ 'ρμίδιον.

E Εἰπέ μοι, τί πάσχετ' ἄνδρες, ἕστατ' ἐκπεπληγμένοι,

Ω πόνηροι; μὴ σιωπᾶτ', εἰ δὲ μὴ, λακήσετε.

Χο. Μηδαμῶς ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, μηδαμῶς, μὴ μηδαμῶς,

Εἴ τι κεχαρισμένον

Χοιρίδιον οἶσθα παρ' ἐμοῦ γε κατεδηδοκὼς,

Τοῦτο μὴ φαῦλον νομίζων ἐν τῷδε τῷ πράγματι.

F Τρ. Οὐκ ἀκούεις οἷα θωπεύουσί σ' ὦ 'ναξ δέσποτα.

Χο. Μὴ γένῃ παλίγκοτος τις ἀντιβολοῦσιν ἡμῖν γε,

Ωστε τήνδε μὴ λαβεῖν,

Αλλὰ χάρισ' ὦ φιλανθρωπότατε καὶ μεγαλοδωρότατε δαιμόνων.

G Εἴ τι Πεισάνδρου βδελύττει τοὺς λόφους καὶ τὰς ὀφρῦς,

Καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσι προσόδοις τε μεγάλαισι διαπαντὸς ὦ

Δέσποτ' ἀγαλοῦμεν ἀεί.

TRY. *Ne clamites nunc, Mercurille, quæſo te,*

Dicite, ô gens dura quid ſtatis ſtupore perciti?

Quid, malum, vos nunc ſiletis voce cùm intenta eſt opus?

CH. Haud ita ô Rex apage Mercuri, haud ita, haudquaquam hoc placet,

Si volupe quid tibi

Obtulimus appoſuimúſque tenerum ſacrem,

Quicquid hic ſtudemus exſequi, boni tu conſulas.

TRY. Audin' vt ſermone mulcent lacteo te Rex, here?

CH. Auffer iracundiam nec ſupplicantes deſere,

Da ſemel prehendere hanc,

Huc & adhibe ô Deûm

Poplicola, munifice,

Maxime, fauentiam:

Si quid heu Piſandri abominaris altos ſpiritus,

Sacrificiis & ſacris

Tum reditibus variis

Semper here Mercuri

Te colimus interea.